



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Margarita Vxor n. 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

* AB EODEM; *Quibusdam Societatis Patribus Margaritæ uxoris eximium erga nos amorem his verbis commendante: Videte quantum vos amat Regina, quæ ut vos maioribus cumulet beneficijs, mercenaria fit apud Indos. Ita in Appendice Memorial. Prouinc. Mexicana ad Philip. IV. super solut. Decimar. fol. 253. §. 7.*

Singularis Margaritæ Regine amor in Societatem.

3. A MARGARITA EADEM *Austriaca tanti Regis digna coniuge, Societatis magna Matre, & omnium virtutum admirabili Regina. Hæc Aris Saldaniæ Proregi in Indiam iam iam profecturo, vltimum illud impensè commendauit, Singulare in Societatem Studium, & amorem. Ita in Annal. Soc. ann. 1600. fol. 127. Et quoties expeditio in Indiam pararetur, Societatis homines ceteris Proregibus commendabat tanquam suos. Sic in Annal. eiusdem Soc. ann. 1610. fol. 4. Et in Testamento suo sequenti clausula suam erga Societatem amorem testatum reliquit: Auos suos (inquit) inclytos Cæsares Societatem IESV in Germaniam vocasse, & per eam Deo auxiliante fidem Catholicam inter Hæreticorum mille pessimas artes conseruatam. Ita apud Paul. Leonard. Apolog. pro scient. Media. Par. 2. num. 82. Grandis sane Margaritæ erga Societatem amor, & vere supra mortem fortis, qui nec ipsa morte extinctus est.*

Quam impensè commendabat.

Ut conseruatricem in Germania Catholica Religionis.

4. * A PHILIPPO IV. Rege verè Catholico Magnique cognomento verè insignito: qui vnus inuentus est vera Patris effigies, Matris aureæ Margaritæ partus aureus, Aui perennitas, Caroli Cæsaris noua vita. Is adeo in Societatem liberalis, ut cum eam ingentis gazæ heredem institutam contra Regni Lusitani legem videret, in tali lege dispensauit, in Societatis fauorem, Ob fructum (sic Princeps aiebat piensissimus) ab illa, Xauerioque suo in Indis Orientalibus factum. Sic Tom. 1. viror. Illust. Soc. in vita P. Marcel. cap. 10. fol. mibi 253.

Philippi IV. erga illam eximius fauor.

Qui pro E. in lege dispensat.

AB EODEM: *Qui Matriti nouissime in Imperiali nostro Collegio Academiam Societati erexit, futuram posteris documentum, & voluntatis regie erga nos, & munificentie, vel in tanta potentia admiranda. Nec sane magnificentius aliquid neque præclarius nobis ac-*

Academia Imperiale Matriti erigit.